Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quodam infirmitas fortitudine. lapsus palmam. ruina uic
toriam. Puto hec illi celesti athlete qui contra iacob legitur
fuisse luctatus. iusti aptari posse estimo. hec illius psone ue
rius conuenire. qui hoc intempore in arena mundi cum pu
blico hoste confluxit. qui ad hoc iacuit ut gloriosi surgeret.
ad hoc cecidit ut omnes leuaret. Qui aduersarium effusus
obruit. pstratus disit iacentemq; hominem dei ectus erexit.
mortemq; eius dum succumberet peculit ac mortui dum
resurgeret suscitauit. Hic ille angls qui cum iacob nocte
luctatus e. sicut habemus in genesi. Et ecce uir luctabatur
cum eo usq; mane. Et cu pualuisset iacob. dixit ei angls.
Dimitte me. iam enim ascendit aurora. Respondit iacob.
Non dimittam te. nisi benedixeris mihi. Sic benedixit eum
angls & dixit ei. Si contra dm fortis fuisti. quanto magis
contra hominem pualebis. Et tetigit angls latitudinem fe
moris eius. ipse uero claudicabat pede. Quid e hoc. Qui uin
citur benedicit. & claudicat qui se uicisse credebat. In iacob
ergo iudeorum ppls. in angło xps cognoscitur: Et ut sciam
in eodem angło dm fuisse ita dicit ipse beatus iacob. Vidi
dnm facie ad faciem. & salua facta e anima mea. Iacob ergo
angło succumbente pualuit. pualuerunt ad tempus & in
xpi passione iudei. milla refugientes die nocte. & tota in ei
impietate seuientes: Preualuerunt quando crucifixerunt.
pualuerunt quando occiderunt. Ergo cum uicisset iacob.
benedici tamen se a victore posse cognouit dicens. Non di
mittam te nisi benedixeris mihi. Quale mysterium. In cer
tamine infirmior estimatur. & ad conferenda benedictio
nem idoneus inuenitur: Aperte xps aduersarios benedixe
quando & p interficientib; supplicabat dicens. Dimitte illis